



### Vesperae de Dominica.

*Pater noster. Ave Maria.*  
secreto.



**D**eus †  
in adju-  
torium  
meum  
intende.  
℟. Dó-  
mine ad  
adjuvándum me festina.  
Glória Patri, et Filio,\*  
et Spiritui sancto.

Sicut erat in principio,  
et nunc, et semper,\* et  
in sæcula sæculórum.  
Amen. Allelúia.

A Septuagesima usque ad  
Feriam V. in Coena Domini,  
loco *Allelúia*, dicitur.

Laus tibi Dómine,  
Rex aetérna glóriæ.

**Ant.** Dixit Dóminus.

Temp. Pasch. Ant. *Alle-  
lúia*. Sub qua sola Ant.  
dicuntur omnes Psalmi.

**Psalmus** 109.

**D**ixit Dóminus Dó-  
mino meo : \* Sede  
a dextris meis :

Donec ponam inimi-  
cos tuos, \* scabellum  
pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ  
emittet Dóminus ex  
Sion : \* domináre in  
medio inimicórum tuó-  
rum.

Tecum principium in  
die virtútis tuæ in splen-  
dóribus Sanctórum : \*  
ex útero ante luciferum  
genui te.

Jurávit Dóminus, et  
non penitébit eum : \*  
Tu es sacérdos in aetér-  
num secúndum órđinem  
Melchisedech.

Dóminus a dextris  
tuis, \* confrégit in die  
iráe suæ reges.

Judicábit in nátió-  
nis, implebit ruinas : \*  
conquassábit cápita in  
terra multórum.

De torrénite in via bi-  
bet : \* própterea exaltá-  
bit caput.



Glória Patri, et Filio, \*  
et Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, \*  
et in sæcula sæculórum.  
Amen.

Hic versus *Glória* semper dicitur in fine omnium Psalmor., nisi aliter notetur.

**Ant.** Dixit Dóminus Dómino meo : Sede a dextris meis.

**Ant.** Fidélia.

**Psalmus 110.**

**C**onfitebor tibi Dómine in toto corde meo : \* in consilio justórum, et congregatióne.

Magna ópera Dómini : \* exquisita in omnes voluntates ejus.

Confessio et magnificentia opus ejus : \* et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Memóriam fecit mirabilium suórum, misericors et miserátor Dóminus : \* escam dedit tíméntibus se.

Memor erit in sæculum testaménti sui : \* virtutem óperum suórum annuntiábit pópulo suo :

Ut det illis hereditatem gentium : \* ópera mánuum ejus veritas, et judicium.

Fidélia ómnia mandata ejus : confirmáta in sæculum sæculi, \* facta in veritate et æquitáte.

Redemptiónem misit pópulo suo : \* mandávit in ætérnum testaméntum suum.

Sanctum, et terribile nomen ejus : \* initium sapiéntiæ timor Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum : \* laudatio ejus manet in sæculum sæculi.

**Ant.** Fidélia ómnia mandata ejus, confirmáta in sæculum sæculi.

**Ant.** In mandátis.

**Psalmus 111.**

**B**eátus vir, qui timet Dóminum : \* in mandátis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus : \* generatio rectórum benedicétur.

Glória, et divitiæ in domo ejus : \* et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Exórtum est in ténébris lumen rectis : \* misericors, et miserátor, et justus.

Jucúndus homo qui miserétur et cómmodat, dispónet sermónes suos in judicio : \* quia in ætérnum non commovebitur.

In memória ætérna erit justus : \* ab auditióne mala non tímébit.

Parátum cor ejus sperare in Dómino, confirmátum est cor ejus : \* non commovebitur do-

nec despiciat inimicos suos.

Dispérsit, dedit pauperibus : justitia ejus manet in sæculum sæculi, \* cornu ejus exaltábitur in glória.

Peccátor vidébit, et irascétur, déntibus suis fremet et tabéscet : \* desidérium peccatórum peribit.

**Ant.** In mandátis ejus cupit nimis.

**Ant.** Sit nomen Dómini.

**Psalmus 112.**

**A**udáte púeri Dómini : \* laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedicétum, \* ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occásum, \* laudábile nomen Dómini.

Excélsus super omnes Gentes Dóminus, \* et super cælos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis hábitat, \* et humilia respicit in cælo et in terra?

Súscitans a terra inopem, \* et de stercore érigens páuperem :

Ut collocet eum cum principibus, \* cum principibus pópuli sui.

Qui habitare facit stérilem in domo, \* matrem filiórum lætántem.

**Ant.** Sit nomen Dñi benedicétum in sæcula.

**Ant.** Nos qui vivimus.

**Psalmus 113.**

**I**n éxitu Israel de Ægypto, \* domus Jacob de pópulo bárbaro :

Facta est Judea sanctificatio ejus, \* Israel potestas ejus.

Mare vidit, et fugit : \* Jordánis convérsus est retrórsum.

Montes exsultavérunt ut arietes : \* et colles sicut agni óvium.

Quid est tibi mare quod fugisti : \* et tu Jordánis, quia convérsus est retrórsus?

Montes exsultástis sicut arietes, \* et colles sicut agni óvium.

A facie Dómini mota est terra, \* a facie Dei Jacob.

Qui convértit petram in stagna aquárum, \* et rupem in fontes aquárum.

Non nobis Dómine, non nobis : \* sed nómini tuo da glóriam.

Super misericórdia tua, et veritate tua : \* nequándum dicant Gentes : Ubi est Deus eórum?

Deus autem noster in cælo : \* ómnia quæcumque vóluit, fecit.

Simulácrum Géntium argéntum, et aurum, \* ópera mánuum hóminum.



Os habent, et non loquuntur : \* oculos habent, et non vidébunt.

Aures habent, et non audient : \* nares habent, et non odorábunt.

Manus habent, et non palpábunt : pedes habent, et non ambulábunt : \* non clamábunt in gútture suo.

Similes illis fiant qui faciunt ea : \* et omnes qui confidunt in eis.

Domus Israel sperávit in Dómino : \* adjútor eórum et protéctor eórum est.

Domus Aaron sperávit in Dómino : \* adjútor eórum et protéctor eórum est.

Qui timent Dóminum, speravérunt in Dómino : \* adjútor eórum et protéctor eórum est.

Dóminus memor fuit nostri : \* et benedixit nobis :

Benedixit dómui Israel : \* benedixit dómui Aaron.

Benedixit ómnibus, qui timent Dóminum, \* pusillis cum majóribus.

Adjiciat Dóminus super vos : \* super vos, et super filios vestros.

Benedícti vos a Dómino, \* qui fecit caelum, et terram.

Caelum caeli Dómino : \* terram autem dedit filiis hóminum.

Non mórtui laudábunt te Dómine : \* neque omnes, qui descéndunt in inférnum.

Sed nos qui vivimus, benedicimus Dómino, \* ex hoc nunc, et usque in saeculum.

**Ant.** Nos qui vivimus, benedicimus Dómino.

Temp. Pasch. Ant. *Alleluia, alleluia, alleluia.*

**Capitulum.** *z. Cor. 1.* Benedictus Deus, et Pater Dómini nostri Jesu Christi, Pater misericórdiarum, et Deus totius consolatiónis, qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra. **R.** Deo grátias.

Sic responderetur in fine omnium Capitulorum.

#### **Hymnus.**

**L**ucis Créator óptime,  
Lucem díerum próferens,

Primórdiis lucis novæ,  
Mundi parans originem.

Quimane junctum véspere

Diem vocári præcipis :  
Illábitur tetrum chaos,  
Audi preces cum fléribus.

Ne mens graváta crimine,

Vitæ sit exsul múnere,  
Dum nil perénne cógitat,

Seséque culpis illigat.

Cæléste pulset óstium :

Vitále tollat præmium :

Vitémus omne nóxium :  
Purgémus omne péssimum.

**Præsta,** Pater piissime,

Patrique compar Unice,  
Cum Spíritu Paráclito  
Regnans per omne saeculum. Amen.

**V.** Dirigátur Dómine orátio mea. **R.** Sicut incensú in conspéctu tuo.

Incipitur Ant. ad Magnificat. Deinde.

**Cantic. V. M. V. Luc. 1.**

**M**agnificat \* ánima mea Dóminum :

Et exultávit spíritus meus \* in Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitátem ancillæ suæ : \* ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est : \* et sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus a progénie in progénies timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo : \* dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, \* et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis : \* et divites dimisit inánes.

Suscépit Israel puerum suum, \* recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros, \* Abraham, et sémini ejus in sæcula.

Deinde Ant., et Oratio propria.

Deinde sunt COMMEMORATIONES COMMUNES, nisi sit de Officio duplici, vel de Octava, neque in Adventu vel tempore Paschali.

#### DE S. MARIA.

**Ant.** Sancta Maria succúrre miseris, juva pusillánimes, réfove flébilis, ora pro pópulo, intérveni pro clero, intércède pro devoto femineo sexu : séntiant omnes tuum juvám, quicumque célebrant tuam sanctam commemoriatiónem.

**V.** Ora pro nobis sancta Dei Génitrix. **R.** Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

**Oratio.** Concède nos famulos tuos, quæsumus Dómine Deus, perpétua mentis et córporis sanitate gaudere : et gloriósa beatæ Mariæ semper Virginis intercessiône, a præsentí liberári tristitia, et aetérna pérfrui lætitia.

Ab Octava Epiphaniæ ad Purificatiónem, dicitur.

**V.** Post partum Virgo invioláta permansisti. **R.** Dei Génitrix intércède pro nobis.

Oratio. *Deus, qui salútis,* p. [149]



DE S. JOSEPH.

**Int.** Ecce fidelis servus et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam.

**V.** Glória et divitiæ in domo ejus. **R.** Et justitia ejus manet in sæculo sæculi.

**Oratio.** Deus, qui ineffabili providentiâ beatum Joseph sanctissimæ Genitricis tuæ sponsum eligere dignatus es : præsta quæsumus ; ut quem protectorem venerâmur in terris, intercessorem habere mereâmur in cælis.

DE SS. APOSTOLIS.

**Int.** Petrus Apostolus, et Paulus Doctor Gentium, ipsi nos docuerunt legem tuam Domine.

**V.** Constitues eos principes super omnem terram. **R.** Mémores erunt nómis tui Dñe.

**Oratio.** Deus, cujus dextera beatum Petrum ambulante in fluctibus, ne mergeretur, erexit, et coopostolum ejus Paulum tertio naufragantem, de profundo pelagi liberavit : exaudi nos propitius, et concede, ut amborum méritis æternitatis glóriam consequámur.

De Patrono vel Titulari Ecclesie fit Commemoratio ante vel post Commemorations prædictas, pro dignitate illius, et ultimo loco.

DE PACE.

**Int.** Da pacem Domine in diebus nostris, quia non est alius, qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster.

**V.** Fiat pax in virtute tua. **R.** Et abundantia in túribus tuis.

**Oratio.** Deus, a quo sancta desideria, recta consilia et justa sunt ópera : da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem ; ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Dóminum.

Temp. Pasch. non fiunt prædictæ Commemorations, sed fit sequens.

DE CRUCE.

**Int.** Crucem sanctam súbiit qui infernum confregit, accinctus est potentia, surrexit die tertia, allelúia.

**V.** Dicit in nationibus, allelúia. **R.** Quia Dóminus regnavit a ligno, allelúia.

**Oratio.** Deus, qui pro nobis Filium tuum crucis patibulum subire voluisti, ut inimici a nobis expelleres potestatem : concede nobis famulis tuis, ut resurrectionis gratiam consequámur. Per eúdem Dóminum.

In fine dicitur :

**V.** Dóminus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

**V.** Benedicámus Dó-

mino. **R.** Deo grátias.

**V.** Fidelium animæ per misericórdiam Dei requiescant in pace.

**R.** Amen.

## Ad Completorium.

Lector incipit :

**V.** Jube domne benedicere.

**Benedict.** Noctem quietam, et finem perfectum concedat nobis Dóminus omnipotens. **R.** Amen.

**Tertio brevis.** I *Petr. v. c*

**R.** Ratres, Sobrii estote, et vigilate : quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quaerens quem devoret : cui resistite fortes in fide. Tu autem Domine miserere nobis. **R.** Deo grátias.

**V.** Adjutórium nostrum in nómine Domini. **R.** Qui fecit cælum et terram.

*Pater noster* dicitur totum secreto.

Deinde Hebdomadarii facit Confessionem.

**C**onfiteor Deo omnipotenti, beate Mariæ semper Virgini, beato Michaëli Archangelo, beato Joanni Baptista, sanctis Apostolis Petro et Paulo, omnibus Sanctis, et vobis fratres : quia peccavi nimis cogitatione, verbo et ópere : mea

culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, beatum Michaëlem Archangelum, beatum Joannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et vos fratres, orare pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Chorus respondet :

Misereatur tui omnipotens Deus, et dimissis peccatis tuis, perducat te ad vitam æternam. **R.** Amen.

Deinde repetit Confessionem, et ubi dicitur *vobis fratres, et vos fratres, dicatur : tibi pater, et te pater.*

Facta Confessione a Choro, Hebdomadarius dicit :

Misereatur vestri omnipotens Deus, et dimissis peccatis vestris, perducat vos ad vitam æternam. **R.** Amen.

Indulgentiam, absolutionem, et remissionem peccatorum nostrorum tribuat nobis omnipotens et misericors Dóminus. **R.** Amen.

Et facta Absolutione dicitur :



**V.** Converté nos Deus salutáris noster. **R.** Et avérte iram tuam a nobis.

**V.** Deus in adiutorium meum inténde. **R.** Dómine ad adjuvándum me festina.

Glória Patri. Sicut erat. **Ant.** Miserére.

Temp. Pasch. *Ant. Alleluia.*

**Psalmus 4.**

**C**um invocárem exaudivit me Deus justitiæ meæ : \* in tribulatione dilatásti mihi.

Miserére mei, \* et exáudi orationem meam.

Filii hóminum úsque quo gravi corde? \* ut quid diligitis vanitatem, et quæritis mendácium?

Et scitote quóniam mirificávit Dóminus sanctum suum : \* Dóminus exáudiet me cum clamávero ad eum.

Irascimini, et nolite peccáre : \* quæ dicitis in córdibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificáte sacrificium justitiæ, et speráte in Dómino : \* multi dicunt : Quis osténdit nobis bona?

Signátum est super nos lumen vultus tui Dómino : \* dedísti lætítiam in corde meo.

A fructu fuménti, vini, et olei sui \* multiplicátí sunt.

In pace in idipsum \* dórmiam, et requiescam; Quóniam tu Dómine singuláriter in spe \* constituísti me.

Glória Patri.

**Psalmus 30.**

**I**n te Dómine sperávi, non confundar in ætérnum : \* in justitia tua libera me.

Inclina ad me aurem tuam, \* accélera ut éruas me.

Esto mihi in Deum protectórem : et in domum refúgii, \* ut salvum me fácias.

Quóniam fortitúdo mea, et refúgium meum es tu : \* et propter nomen tuum dedúces me, et enútris me.

Éduces me de láqueo hoc, quem abscondérunt mihi : \* quóniam tu es protector meus.

In manus tuas comméndo spiritum meum : \* redemísti me Dómine Deus veritátis.

Glória Patri.

**Psalmus 90.**

**Q**ui hábitat in adiutorio Altíssimi, \* in protectióne Dei cæli commorábitur.

Dicit Dómino : Susceptor meus es tu, et refúgium meum : \* Deus meus sperábo in eum.

Quóniam ipse liberávit me de láqueo venántium, \* et a verbo áspero.

Scápolis suis obumbrábit tibi : \* et sub penis ejus sperábis.

Scuto circúmdabit te veritas ejus : \* non timébis a timóre noctúrno.

A sagitta volánte in die, a negótio perambulánte in ténebris : \* ab incúrsu, et dæmónio meridiano.

Cadent a latere tuo mille, et decem millia a dextris tuis : \* ad te autem non appropinquábit.

Verúntamen =oculis tuis considerábis : \* et retributióem peccatórum vidébis.

Quóniam tu es Dñe spes mea : \* Altíssimum posuisti refúgium tuum.

Non accédet ad te malum : \* et flagéllum non appropinquábit tabernáculo tuo.

Quóniam Angelis suis mandávit de te : \* ut custódiat in ómnibus viis tuis.

In mánibus portábunt te : \* ne forte offendas ad lápidem pedem tuum.

Super áspidem, et basiliscum ambulábis : \* et conculcábis leónem et draconem.

Quóniam in me sperávit, liberábo eum : \* prótegam eum, quóniam cognóvit nomen meum.

Clamábit ad me, et ego exáudiam eum : \* cum ipso sum in tribula-

tióne : eripiam eum et glorificábo eum.

Longitúdo dierum replébo eum : \* et osténdam illi salutáre meum.

Glória Patri.

**Psalmus 133.**

**E**cce nunc benedicite Dómino, \* omnes servi Dómini :

Qui státis in domo Dómini, \* in átriis domus Dei nostri,

In nóctibus extóllite manus vestras in sancta, \* et benedicite Dómino.

Benedicite te Dóminus ex Sion, \* qui fecit cælum et terram.

Glória Patri.

**Ant.** Miserére mihi Dómine, et exáudi orationem meam.

Temp. Pasch. *Ant. Alleluia, alleluia, alleluia.*

**Hymnus.**

**T**e lucis ante términum Rerum Créator póscimus,

Ut pro tua cleméntia Sis præsul et custódia.

Procul recédant sómnia, [sa;

Et nóctium phantásma-Hostémque nostrum cómpri-me,

Ne polluéantur córpora.

Præsta, Pater piíssime, Patrique compar Nice,

Cum Spiritu Paráclito Regnans per omne sæculum. Amen.



Capitulum. *Ierem. 14. b*

**T**u autem in nobis es  
Dómine, et nomen  
sanctum tuum invocá-  
tum est super nos, ne  
derelinquas nos Dómine  
Deus noster. *R.* Deo  
grátias.

*R. br.* In manus tuas  
Dómine, \* Comméndo  
spiritum meum. In ma-  
nus. *V.* Redemisti nos  
Dómine Deus veritátis.  
Comméndo. Glória Pa-  
tri. In manus.

*V.* Custódi nos Dó-  
mine ut pupillam óculi.  
*R.* Sub umbra alárum  
tuárum prótege nos.

\* Tempore Pascháli.

*R. br.* In manus tuas  
Dómine comméndo spi-  
ritum meum, \* Alle-  
lúia, allelúia. In manus.  
*V.* Redemisti nos Dómi-  
ne Deus veritátis. Alle-  
lúia, allelúia. Glória. In  
manus.

*V.* Custódi nos Dó-  
mine ut pupillam óculi,  
allelúia. *R.* Sub umbra  
alárum tuárum prótege  
nos, allelúia.

*Ant.* Salva nos.

Canticum Simeonis.

*Luce ii. e.*

**D**unc dimittis servum  
tuum Dómine, \*  
secúndum verbum tuum  
in pace :

Quia viderunt óculi  
mei \* salutáre tuum,

Quod parásti \* ante  
faciem ómnium populó-  
rum.

Lumen ad revelatió-  
nem Géntium, \* et gló-  
riam plebis tuæ Israel.

Glória Patri.

*Ant.* Salva nos Dñe  
vigilántes, custódi nos  
dormiéntes : ut vigilé-  
mus cum Christo, et  
requiescámus in pace.  
(Allelúia.)

*V.* Dómine exáudi ora-  
tióne meam. *R.* Et cla-  
mor meus ad te véniat.

*V.* Dóminus vobiscum.  
*R.* Et cum spiritu tuo.

*Oratio.* Visita, quæsu-  
mus Dómine, habitatió-  
nem istam, et omnes in-  
sidias inimici ab ea lon-  
ge repelle : Angeli tui  
sancti hábitent in ea, qui  
nos in pace custódiant,  
et benedictio tua sit su-  
per nos semper. Per  
Dóminum.

*V.* Dóminus vobiscum.  
*R.* Et cum spiritu tuo.

*V.* Benedicámus Dó-  
mino. *R.* Deo grátias.

*Vened.* Benedicat et cus-  
tódiat nos omnipotens  
et miséricors Dóminus,  
Pater, et Filius, et Spi-  
ritus sanctus. *R.* Amen.

Et non dicitur *Fidelium*  
*ánima*, sed immediate di-  
citur una ex infrascriptis  
Antiphonis, pro tempore :  
deinde dicitur secreto.

Pater noster, Ave  
Maria, et Credo.

## Antiphonæ B. Mariæ, pro tempore.

A Vesp. Sabbati ante Do-  
mnicam I. Adventus, usque  
ad Purificationem inclusive,  
Antiphona.

**A**lma Redem-  
ptóris Mater,  
quæ pèrvia  
cæli

Porta manes, et stella  
maris, succúrre cadénti,  
Surgere qui curat,  
pópulo : tu quæ genui-  
sti,

Nátura miránte, tuum  
sanctum Genitórem,  
Virgo prius ac posté-  
rius, Gabriélis ab ore

Sumens illud Ave, pec-  
catórum miserére.

In Adventu,

*V.* Angelus Dómini  
nuntiávit Mariæ. *R.* Et  
concepit de Spiritu san-  
cto.

*Oratio.* Grátiam tuam,  
quæsumus Dómine,  
méntibus nostris infun-  
de : ut qui, Angelo nun-  
tiánte, Christi Filii tui  
incarnatióne cognóvi-  
mus, per passióne ejus  
et cruce[m] ad resurre-  
ctiósni glóriam perduca-  
mur. Per eúndem Chri-  
stum Dóminum no-  
strum. *R.* Amen.

A j. Vespis Nativitatis,  
et deinceps.

*V.* Post partum Virgo  
invioláta permansisti.  
*R.* Dei Génitrix inter-  
cède pro nobis.

*Oratio.* Deus, qui sa-  
lútis ætérnæ, beátæ Ma-  
riæ virginitate fecúnda,  
humáno generi præmia  
præstitisti : tribue quæ-  
sumus, ut ipsam pro no-  
bis intercédere sentia-  
mus, per quam merí-  
tus auctóre vitæ sus-  
cipere Dóminum no-  
strum Jesum Christum  
Filium tuum. *R.* Amen.

*V.* Divinum auxilium  
máneat semper nobis-  
cum. *R.* Amen.

Post Purificat. id est, a  
fine Completorii illius diei z.  
Februarii inclusive, usque  
ad Feriam V. in Coena Do-  
mini exclusive, Antiphona.

**A**ve Regina cælo-  
rum,  
Ave Dómina Angeló-  
rum :  
Salve radix, salve porta,  
Ex qua mundo lux est  
orta.

Gaude Virgo gloriósa,  
Super omnes speciosa,  
Vale o valde decóra,  
Et pro nobis Christum  
exóra.

*V.* Dignáre me lau-  
dáre te, Virgo sacráta.  
*R.* Da mihi virtútem  
contra hostes tuos.

*Oratio.* Concède, mi-  
séricors Deus, fragilitá-  
ti nostræ præsidium :  
ut qui sanctæ Dei Ge-  
nitricis memóriam ági-



mus, intercessiōnis ejus auxilium a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem Christum Dōminum nostrum. **R.** Amen.

**V.** Divinum auxilium māneat semper nobiscum. **R.** Amen.

A Completorio Sabbati sancti usque ad Nonam Sabbati post Pentecosten inclusive, Antiphona.

**R.** Egiua cæli letāre, allelūia,  
Quia quem meruisti portāre, allelūia.

Resurrexit sicut dixit, allelūia,

Ora pro nobis Deum, allelūia.

**V.** Gaude et letāre Virgo Maria, allelūia. **R.** Quia surrexit Dōminus vere, allelūia.

**Oratio.** Deus, qui per resurrectionem Filii tui Dōmini nostri Jesu Christi mundum lætificāre dignatus es : præsta quæsumus, ut per ejus Genitricem Virginem Mariam perpētua capiamus gaudia vitæ. Per eundem Christum Dōminum nostrum. **R.** Amen.

**V.** Divinum auxilium māneat semper nobiscum. **R.** Amen.

A J. Vesperis Festi SS. Trinitatis usque ad Nonam Sabbati ante Adventum, Antiphona.

**S.** Alve Regina, Mater misericordiæ, vita, dulcedo, et spes nostra salve. Ad te clamāmus exules, filii Hevæ. Ad te suspirāmus, gemētes, et flentes in hac lacrymarum valle. Eia ergo advocāta nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos convertē. Et Jesum benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exsilium ostēde. O clemens, o pia, o dulcis Virgo Maria.

**V.** Ora pro nobis sancta Dei Genitrix. **R.** Ut digni efficiāmur promissionibus Christi.

**Oratio.** Omnipotens sempiternus Deus, qui gloriōsæ Virginis Matris Mariæ corpus et animam, ut dignum Filii tui habitāculum effici mereretur, Spiritu sancto cooperante præparasti : da, ut cujus commemoratione lætāmur, ejus pia intercessiōne ab instantibus malis, et a morte perpētua liberemur. Per eundem Christum Dōminum nostrum. **R.** Amen.

**V.** Divinum auxilium māneat semper nobiscum. **R.** Amen.

## Psalmi et Hymni pro Officio Cæspetarum.

¶ Ordinarie pro Oratione sumitur Collecta Missæ, et pro Capitulo initium Epistolæ.

### Cæsperae de S. Maria.

PSALMI: *Dixit Dōminus,* p. [139]; *Laudate pueri Dōminum,* p. [141].

Psalmus 121.



Etātus sum in his, quæ dicta sunt mihi : \* In domum Dōmini ibimus.

Stantes erant pedes nostri, \* in atris tuis Jérusalem.

Jérusalem, quæ edificatur ut civitas : \* cujus participatio ejus in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Dōmini : \* testimōnium Israel ad confitendū nōmini Dōmini.

Quia illic sederunt sedes in judicio, \* sedes super domum David.

Rogāte quæ ad pacem sunt Jérusalem. \* et abundantia diligentibus te :

Fiat pax in virtute tua : \* et abundantia in tūribus tuis.

Propter fratres meos, et próximos meos, \* loquēbar pacem de te :

Propter domum Dōmini Dei nostri, \* quæ sivi bona tibi.

Psalmus 126.

**N.**isi Dōminus edificāverit domum, \* in vanum laborāverunt qui ædificant eam.

Nisi Dñs custodierit civitatem, \* frustra vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem surgere : \* surgite postquam sederitis, qui manducatis panem dolōris.

Domus dederit dilectis suis somnum : \* ecce hereditas Dōmini filii : merces, fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu potētis : \* ita filii excussorum.

Beatus vir qui implevit desiderium suum ex ipsis : \* non confundetur cum loquētur inimicis suis in porta.

Psalmus 147.

**L.**auda Jérusalem Dōminum : \* lauda Deum tuum Sion.

Quoniam confortavit seras portarum tuarum : \* benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem : \* et adipe frumenti satiāt te.



Qui emittit eloquium suum terræ: \* velocius currit sermo ejus.

Qui dat nivem sicut lanam: \* nebulam sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut buccellas: \* ante faciem frigris ejus quis sustinebit?

Emittet verbum suum, et liquefaciet ea: \* flabit spiritus ejus, et fluent aquæ.

Qui annuntiat verbum suum Jacob: \* justitias, et judicia sua Israel.

Non fecit taliter omni nationi: \* et judicia sua non manifestavit eis.

Hymnus.

**A**ve maris stella,  
Dei Mater alma,  
Atque semper Virgo,  
Felix cæli porta.

Sumens illud Ave  
Gabrielis ore,  
Funda nos in pace,  
Mutans Hevæ nomen.  
Solve vincla reis,  
Profer lumen cæcis,  
Mala nostra pelle,  
Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem,  
Sumat per te preces,  
Qui pro nobis natus,  
Tulit esse tuus.

Virgo singularis,  
Inter omnes mitis,  
Nos culpis solutos  
Mites fac et castos.

Vitam præsta puram,  
Iter para tutum,  
Ut videntes Jesum,  
Semper collatémur.

Sit laus Deo Patri,  
Summo Christo decus,  
Spiritui sancto, [Amen].  
Tribus honor unus.

### Teſteræ Apostolorum et Evange- listarum extra tempus Paschale. ~~~

PSALMI: *Dixit Dominus*, p. [139]; *Laudate pueri Dominum*, [141]; *Credidi*, p. [1].

Psalmus 125.

**I**n convertendo Dominus captivitatem Sion: \* facti sumus sicut consolati:

Tunc repletum est gaudium os nostrum: \* et lingua nostra exultatione.

Tunc dicent inter Gentes: \* Magnificavit Dominus facere cum eis.

Magnificavit Dominus facere nobiscum: \* facti sumus lætantes.

Converte Domine captivitatem nostram, \* sicut torrens in austro.

Qui seminant in lacrymis, \* in exultatione metent.

Euntes ibant et flebant. \* mittentes semina sua.

Veniens autem venient cum exultatione, \*

portantes manipulos suos.

Psalmus 138.

**D**omine probasti me, et cognovisti me: \* tu cognovisti sessionem meam, et resurrectionem meam.

Intellexisti cogitationes meas de longe: \* semitam meam, et funiculum meum investigasti.

Et omnes vias meas prævidisti: \* quia non est sermo in lingua mea.

Ecce Domine tu cognovisti omnia novissima, et antiqua: \* tu formasti me, et posuisti super me manum tuam.

Mirabilis facta est scientia tua ex me: \* confortata est, et non potero ad eam.

Quo ibo a spiritu tuo? \* et quo a facie tua fugiam?

Si ascendero in cælum, tu illic es: \* si descendero in infernum, ades.

Si sumpsero pennas meas diluculo, \* et habitavero in extremis maris:

Et enim illuc manus tua deducet me: \* et tenébit me dextera tua.

Et dixi: Foris tenebræ conculcabunt me: \* et nox illuminatio mea in deliciis meis.

Quia tenebræ non obs-

curabuntur a te, et nox sicut dies illuminabitur: \* sicut tenebræ ejus, ita et lumen ejus.

Quia tu possedisti renes meos: \* suscepisti me de útero matris meæ.

Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: \* mirabilia ópera tua, et ánima mea cognóscit nimis.

Non est occultatum os meum a te, quod fecisti in occulto: \* et substantia mea in inferioribus terræ.

Imperfèctum meum viderunt oculi tui, et in libro tuo omnes scribentur: \* dies formabuntur, et nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, Deus: \* nimis confortatus est principatus eorum.

Dinumerabo eos, et super arénam multiplicabuntur: \* exsurrexi, et adhuc sum tecum.

Si occideris Deus peccatores: \* viri sanguinum declinate a me:

Quia dicitis in cogitatione: \* accipiet in vanitate civitates tuas.

Nonne qui oderunt te Domine, óderam: \* et super inimicos tuos tabescebam?

Perfècto ódio óderam illos: \* et inimici facti sunt mihi.



Proba me Deus, et scito cor meum : \* interrogā me, et cognosce sēmitas meas.

Et vide, si via iniquitātis in me est : \* et deduc me in via aeterna.

## Hymnus.

**E**xsultet orbis gaudiis :  
[bus] :  
Caelum resūlet laudī  
Apostolorū gloriā  
Tellus et astra cōcinnunt.

Vos saeculorum iudices,  
Et vera mundi lūmina :  
Votis precāmur cōrdium :  
[cum].  
Audite voces suppli-

Qui templa caeli clauditis,  
Serāsque verbo solvitis,  
Nos a reātū nōxiōs  
Solvi jubete, quāsumus.  
Præcepta quorum prōtinus

Langor salūsqe sēntiunt ;  
[das] :  
Sanāte mentes languī-  
Augēte nos virtūtibus.  
Ut, cum redibit arbiter  
In fine Christus saeculi ;  
Nos sempiterni gaudiū  
Concedat esse cōpotes.

Patri, simulque Filio,  
Tibique sancte Spiritus,  
Sicut fuit, sit iūgiter  
Saeculum per omne glōria.  
Amen.

### Vesperae Apostolorum et Evangelistarum tempore Paschali.

PSALMI : *Dicit Dominus*, p. [139] ; *Laudite pueri*, p. [141] ; *Credidi*, p. [11].  
*In convertendo*, p. [152] ;  
*Dominus probasti*, p. [153].

## Hymnus.

**T**ristes erant Apostoli  
De Christi acerbō fū-  
nere,  
Quem morte crudelissima  
Servi necarant impii.  
Sermōne verax Angelus  
Mulieribus prādexerat :  
Mox ore Christus gaudium  
Gregi feret Fideliū.

Ad anxios Apōstolos  
Currunt statim dum  
nūntiaē,  
Illae micāntis obvīa  
Christi tenent vestigia.  
Galilæae ad alta mōn-  
tium

Se cōferunt Apōstoli,  
Jesūque, voti cōmpotes,  
Almo beāntur lūmine.  
Ut sis perennē mēntibus  
Paschale Jesu gaudium ;  
A morte dira criminum  
Vitæ renātos libera.

Deo Patri sit glōria,  
Et Filio, qui a mōrtuis  
Surrēxit, ac Parāclito,  
In sempiterna saecula.  
Amen.

### Vesperae unius et plurimorum Martyrum tempore Paschali.

PSALMI de Dominica,  
p. [139] et loco ultimi, PS.  
*Credidi*, p. [11].

## Hymnus

pro uno Martyre.

**D**eus tuorum militum  
Sors, et coronā, prae-  
mium,  
Laudes canēntes Mar-  
tyris  
Absolve nexu criminis.  
Hic nempe mundi  
gāudia, [bula  
Et blanda fraudum pā-  
Imbūta felle deputans  
Pervēnit ad caelēstia.

Poenas cucurrit forti-  
ter,  
Et sustulit viriliter,  
Fundensque pro te sān-  
guinem  
Aeterna dona possidet.

Ob hoc precātū sup-  
plicii  
Te pōscimus piissime :  
In hoc triūmpho Mar-  
tyris  
Dimitte noxam sērvulis.  
¶ Deo Patri sit glōria,  
Et Filio, qui a mōrtuis

Surrēxit, ac Parāclito,  
In sempiterna saecula.  
Amen.

## Hymnus

pro pluribus Martyribus.

**R**ex gloriōse Mar-  
tyrum,  
Coronā confitēntium,  
Qui respuēntes tērrea  
Perdūcis ad caelēstia.

Aurem benignam prō-  
tinus  
Intēde nostris vōci-  
bus :  
Trophæa sacra pāngi-  
mus :  
Ignosce quod deliqui-  
mus.

Tu vincis inter Mar-  
tyres,  
Parcisque Confessōri-  
bus :  
Tu vince nostra cri-  
mina,  
Largitor indulgentiæ.  
Deo Patri sit glōria,  
Et Filio, qui a mōrtuis  
Surrēxit, ac Parāclito,  
In sempiterna saecula.  
Amen.

### Vesperae unius et plurimorum Martyrum extra tempus Paschale.

PSALMI de Dominica,  
p. [139] et loco ultimi, PS.  
*Credidi*, p. [11].

Hymnus pro uno Mart.  
*Deus tuorum militum*, ut  
supra, sed loco ultimæ stro-  
phæ dicitur sequens :

Laus et perennis glō-  
ria  
Patri sit, atque Filio,  
Sancto simul Parāclito,  
In sempiterna saecula.  
Amen.



**Hymnus**  
pro pluribus Martyribus.  
**S**anc̄tōrum m̄ritis  
in̄c̄lyta ḡaudia  
Panḡamus socii, ḡesta-  
que f̄ortia :  
Gliscens fert̄ animus  
pr̄mere c̄antibus  
Victōrum genus opt̄imū.  
Hi sunt, quos f̄atue  
mundus abh̄orruit;  
Hunc fr̄uctu v̄acuum,  
fl̄oribus ar̄idum  
Contemp̄sere tui n̄omi-  
nis āssecl̄e  
Jesu Rex bone C̄elitum.  
Hi pro te f̄urias, atque  
minas truces  
Calc̄arunt h̄ominum, s̄e-  
vaque v̄erba :  
His cessit l̄acerans f̄or-  
titer ūgula,  
Nec carpsit penetr̄alia.

C̄adūntur gl̄adiis mo-  
re bid̄entium :  
Non murmur r̄esonat,  
non querim̄onia;  
Sed corde imp̄vido  
mens bene c̄onscia  
Cons̄rvat patiētiām.  
Qūæ vox, qūæ p̄oterit  
lingua ret̄exere,  
Qūæ tu Martyribus m̄i-  
nera pr̄eparas?  
Rubri nam fl̄ūdo s̄an-  
guine fl̄ūgidis  
Cingunt t̄mpora l̄au-  
reis.  
Te summa o D̄eitas,  
ūnaque p̄scimus;  
Ut culpas ab̄igas, n̄oxia  
s̄ubtrahas,  
Des pacem f̄amulis; ut  
tibi gl̄oriam  
Ann̄orum in s̄eriem can-  
nant. Amen.

**Tesperae Confessoris, etc.**

PSALMI de Dominica,  
p. [139], et loco ultimi.

**Psalmus 116.**

**L**audate D̄ominum  
omnes Gentes: \* lau-  
date eum omnes p̄puli:  
Qūoniam c̄onfirm̄ata  
est super nos miseric̄or-  
dia ejus : \* et v̄eritas  
D̄ñi manet in æt̄ernum.

**Hymnus.**

**I**ste Conf̄essor D̄omi-  
ni, colētes  
Quem pie laudant p̄puli  
per orbem :  
Hac die lætus m̄ritis  
beātas  
Sc̄andere sedes.

Si non est dies obitus, di-  
catur :

(Hac die lætus m̄ruit  
sup̄remos  
Laudis hon̄ores.)  
Qui pius, prudens,  
h̄ūmilis, pudicus,  
S̄obriam duxit sine labe  
vitam, [vit aur̄a  
Donec h̄um̄anos anim̄a-  
Spiritus artus.  
Cujus ob pr̄estans  
m̄ritum frequēter,  
Ægra qūæ passim ja-  
cuere, membra  
Viribus morbi d̄omitis,  
salūti  
Restituūntur.

Noster hinc illi cho-  
rus obsequētem  
C̄oncinit laudem, cele-  
br̄esque palmas;  
Ut piis ejus pr̄cibus  
juv̄emur  
Omne per ævum.

Sit salus illi, decus,  
atque virtus,  
Qui super c̄æli s̄olio co-  
riscans,  
Totius mundi s̄eriem  
gub̄ernat [Amen.  
Trinus, et unus.

**Tesperae Confessoris Pontificis.**

PSALMI de Dominica,  
p. [139], et loco ultimi.

**Psalmus 131.**

**M**emento D̄omine  
David, \* et omnis  
mansuet̄udinis ejus :

Sicut jur̄avit D̄omi-  
no, \* votum vovit Deo  
Jacob :  
Si introjero in taber-  
n̄aculum domus mēæ, \*  
si asc̄endero in lectum  
strati mei :

Si d̄edero somnum  
oculis meis, \* et palpebris  
meis dormit̄ionem :

Et requiem temp̄ori-  
bus meis : donec inv̄e-  
niam locum D̄omino, \* tab-  
ern̄aculum Deo Jacob.

Ecce audivimus eam  
in Ephrata : \* invenimus  
eam in campis silv̄e.

Introibimus in taber-  
n̄aculum ejus : \* adorā-  
bimus in loco, ubi st̄et̄-  
runt pedes ejus.

Surge D̄omine in r̄e-  
quiem tuam, \* tu et arca  
sanctific̄ationis tuæ.

Sacerd̄otes tui indūan-  
tur iustitiam : \* et san-  
cti tui exsultent.

Propter David servum  
tuum, \* non av̄ertas faci-  
em Christi tui.

Jur̄avit D̄ominus Da-  
vid verit̄atem, et non  
frustr̄abitur eam : \* de  
fr̄uctu ventris tui ponam  
super sedem tuam.

Si custodierint filii  
tui testam̄entum meum, \*  
et testim̄onia mea h̄æc,  
qūæ doc̄ebo eos :

Et filii ēorum usque  
in sæculum, \* sedebunt  
super sedem tuam.

Qūoniam elegit D̄o-  
minus Sion : \* elegit eam  
in habit̄ationem sibi.

Hæc requies mea in  
sæculum sæculi : \* hic  
habit̄abo qūoniam elegi  
eam.

Viduum ejus benedi-  
cens benedicam : \* p̄au-  
peres ejus satur̄abo p̄-  
nibus.

Sacerd̄otes ejus in-  
duam salut̄ari : \* et sancti  
ejus exsultatione ex-  
sultabunt.

Illuc prodicam cornu  
David, \* par̄avi luc̄er-  
nam Christo meo.



Inimicos ejus in  
duam confusione : \* su-  
per ipsum autem efflo-

rebít sanctificatio mea.  
HYMNUS. *Iste Confessor*,  
ut supra, p. [156].

### Vesperae Virginum.

PSALMI ut in Festis bea-  
tae Mariae Virginis, p. [151].

#### Hymnus.

**J**esu corona Virgi-  
num, [pit,  
Quem mater illa concipi-  
t. Quae sola virgo parturit :  
Hæc vota clemens ac-  
cipe.

Qui pergis inter lilia,  
Septus choréis Virginū,  
Sponsus decorus gloria,  
Sponsisque reddens præ-  
mia.

Quocūque tendis,  
Virgines

Sequuntur, atque laudi-  
bus

Post te canentes cursi-  
tant, [sonant.

Hymnosque dulces per-  
Te deprecamur sup-  
plices, [bus,

Nostris ut addas sensi-  
Nescire prorsus omnia  
Corruptionis vulnera.

Virtus, honor, laus,  
gloria

Deo Patri cum Filio,  
Sancto simul Paraclyto,  
In sæculorum sæcula.  
Amen.

### In Adventu.

AD LAUDES VESPERT.,  
aliquibus in locis cantatur :

**R**orate cæli desuper,  
Et nubes pluant  
Justum.

Ne irascaris Dómine,  
ne ultra memineris iniqui-  
tatis. Ecce civitas  
Sancti facta est deserta :  
Sion deserta facta est :  
Jerusalem desolata est,  
domus sanctificationis  
tuæ et gloriæ tuæ, ubi  
laudaverunt te patres  
nostri.

Rorate cæli, etc.

Peccavimus, et facti  
sumus tamquam im-  
mūdus nos; et cecidi-

mus quasi folium uni-  
versū; et iniquitates nos-  
træ, quasi ventus, abscon-  
derunt nos. Abscondi-  
sti faciem tuam a nobis,  
et allisisti nos in manu  
iniquitatis nostræ.

Rorate cæli, etc.

Vide Dómine afflictio-  
nem pópuli tui, et mitte  
quem missurus es : emit-  
te Agnum dominatorem  
terræ de petra deserti  
ad montem filiæ Sion,  
ut auferat ipse jugum  
captivitatis nostræ.

Rorate cæli, etc.

Consolámini, consolá-  
mini pópule meus : cito

veniet salus tua. Quare  
mœróre consúneris ?  
quare innovávit te dolor ?  
Salvabo te; noli timére :

ego enim sum Dóminus  
Deus tuus, Sanctus Is-  
rael, Redemptor tuus.  
Rorate cæli, etc.

### In Nativitate Domini.

AD VESPERAS.

PSALMI : *Dixit Dómi-  
nus*, p. [139]; *Confitebor*,  
p. [140]; *Beatus vir*, p. [140];  
*De profundis*, p. ij. *Me-  
mento*, p. [157].

AD LAUDES VESPERT.,  
aliquibus in locis cantatur :

**A**déste fidèles, læti,  
triumphantes :  
Venite, venite in Beth-  
lehem.

\* Natum vidéte Regem  
Angelórum.

Venite, adorémus; veni-  
te, adorémus; venite,  
adorémus Dóminum.

\* Natum, etc.

En, grege relicto, hú-  
miles ad cunas  
Vocati pastóres appró-  
perant.

\* Et nos ovánti gradu  
festinémus.

Venite, etc. \* Et nos, etc.

Stella duce, Magi  
Christum adorantes,  
Aurum, thus et myr-  
rham dant múnera :  
\* Jesu infánti corda  
præbeámus.

Venite, etc. \* Jesu, etc.

Ætérni Paréntis splen-  
dórem ætérnum

Velátum sub carne vi-  
debimus :

\* Deum infántem pannis  
involútum.

Venite, etc. \* Deum, etc.

Pro nobis egénum et  
feno cubántem

Piis foveámus ampléxi-  
bus.

\* Sic nos amántem quis  
non redamáret?

Venite, etc. \* Sic nos, etc.

### In Quadragesima.

AD LAUDES VESPERT.,  
aliquibus in locis cantatur :

**A**tténde Dómine, et  
miserére, quia pec-  
cávimus tibi.

Recordáre Dómine  
quid acciderit nobis.  
Peccávimus cum pátri-  
bus nostris, injúste égi-  
mus : multiplicatæ sunt  
super capillos cápitis  
iniquitates nostræ.

Atténde Dómine, et  
miserére, etc.

Contristáti sumus in  
exercitatione nostra, et  
conturbáti sumus a voce  
inimici et a tribulatione  
peccatórum. In próximo  
est perditio nostra, et  
non est qui adjuvet.  
Formido mortis cécidit  
super nos.

Atténde Dómine, etc.



Cor contritum et humiliatum ne despicias Dómine. In jejúno et fetu te deprecámur nos. Eleemósynam conclúdimus in sinu páuperum, et ipsa exorábit te pro nobis. Convértimur ad te, quóniam multus es ad ignoscéndum.

Atténde Dómine, etc. Audi pópule meus, et considera. Vineam meam elécta, domus Israel, ego te plantávi : quómodo

facta es in amaritudinem? Exspectávi ut fáceres iudicium, et ecce iniquitas; et justitiam, et ecce clamor.

Atténde Dómine, etc. Révèrtere, revèrtere ad Dóminum Deum tuum; et áuferam jugum captivitátis tuæ; redímam te, lavábo iniquitates tuas in ságuine meo, et ero Víctima tua et Redémptor tuus.

Atténde Dómine, etc.

### In Dominica Resurrectionis.

AD VESPERAS.

PSALMI de Dominica, p. [139].

AD LAUDES VESPERT., aliquibus in locis cantatur :

Allelúia, allelúia, allelúia.

**O** filii et filiae, Rex caeléstis, Rex glóriæ, Morte surréxit hódie.

Allelúia.

Et Maria Magdaléne, Et Jacóbi, et Salóme, Venérunt corpus úngere.

Allelúia.

A Magdaléna móniti, Ad óstium monuménti Duo currunt discipuli.

Allelúia.

Sed Joánes Apóstolus Cucúrrit Petro citius, Ad sepulcrum venit prius.

Allelúia.

In albis sedens Angelus

Respondit mulieribus Quia surréxit Dóminus.

Allelúia.

Discipulis adstantibus,

In médio stetit Christus, Dicens : Pax vobis omnibus.

Allelúia.

Postquam audivít Didymus

Quia surréxerat Jesus, Remansit fide dubius.

Allelúia.

Vide, Thoma, vide latius,

Vide pedes, vide manus: Noli esse incredulus.

Allelúia.

Quando Thomas Christi latius,

Pedes vidit atque manus, Dixit: Tu es Deus meus.

Allelúia.

Beáti qui non viderunt

Et firmiter crediderunt: Vitam æternam habebunt.

Allelúia.

In hoc festo sanctissimo

Sit laus et jubilatio :

Benedicámus Dómino.

Allelúia.

De quibus nos humilimas,

Devótas atque débitas Deo dicámus grátias.

Allelúia.

### In Ascensione Domini.

AD VESPERAS,

PSALMI de Dominica, p. [139], et loco ultimi, Ps. Laudate Dóminum omnes Gentes, p. [156].

Hymnus.

**S**alútis humanæ Sator, Jesu volúptas córdium, Orbis redempti Cónditor,

Et casta lux amántium. Quia victus es clementia,

Ut nostra ferres crimina? Mortem subires innocens,

A morte nos ut tolleres?

Perrúmpis inférnum chaos;

Vinctis caténas détahis;

Víctor triúmfo nobili Ad dexteram Patris sedes.

Te cogat indulgéntia, Ur damna nostra sarcias,

Tuique vultus cómpotes Dites beato lúmine.

Tu dux ad astra, et sémita,

Sis meta nostris córdibus,

Sis lacrymárum gáudium,

Sis dulce vitæ præmium.

Amen.

### In Dominica Pentecostes.

PSALMI de Dominica, p. [139].

Hymnus.

**T**eni, Créator Spiritus,

Mentes tuórum visita, Imple supérna grátia,

Quæ tu creásti pectora.

Qui diceris Paráclitus, Altíssimi donum Dei,

Fons vivus, ignis, caritas, Et spiritalis únctio.

Tu septiformis múnere,

Dígitus Paternæ dexterae,

Tu rite promissum Patris,

Sermóne ditans gúttura.

Accénde lumen sensibus :

Infúnde amórem córdibus :

Infirma nostri cóporis



Virtute firmans peti.  
Hostem repellas longius,  
Pacemque dones protinus:  
Ductore sic te praevo  
Vitemus omne noxium.  
Per te sciamus da Patrem

Noscamus atque Filium,  
Teque utriusque Spiritum  
[pore].  
Credamus omni tempore,  
Deo Patri sit gloria,  
Et Filio, qui a mortuis  
Surrexit, ac Paraclito,  
In saeculorum saecula.  
Amen.

## In Solemnitate Corporis Christi.

PSALMI: *Dixit Dominus*, p. [139]; *Confitebor*, p. [140]; *Credidi*, p. 11.

Psalmus 127.

BEATI omnes, qui timent Dominum, \* qui ambulat in viis ejus.

Labores manuum tuarum quia manducabis: \* beatus es, et bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abundans, \* in lateribus domus tuae.

Filii tui sicut novellae olivarum, \* in circuitu mensae tuae.

Ecce sic benedicetur homo, \* qui timet Dominum.

Benedicat tibi Dominus ex Sion: \* et videas bona, Jerusalem omnibus diebus vitae tuae.

Et videas filios filiorum tuorum, \* pacem super Israel.

PSALMUS. *Lauda Jerusalem*, p. [151].

Hymnus.

ANGE lingua gloriosissimi  
Corporis mysterium,  
Sanguisque pretiosissimi,  
Quem in mundi pretium  
Fructus ventris generosissimi  
Rex effudit gentium.

Nobis datus, nobis natus

Ex intacta Virgine,  
Et in mundo conversatus,

Sparsa verbi semine,  
Sui moras incolatus  
Miro clausit ordine.

In supremam nocte coenavit  
nobis, [bus],  
Recumbens cum fratribus,  
Observata lege plene

Cibus in legalibus,  
Cibum turbae duodenae  
Se dat suis manibus.

Verbum caro, panem verum

Verbo carnem efficit:  
Fitque sanguis Christi merum,

Et si sensus deficit:  
Ad firmandum cor sincerum

Sola fides sufficit.

TANTUM ergo Sacramentum  
Veneremur cernui:  
Et antiquum documentum  
Novo cedat ritui:  
Praestet fides supplementum  
Sensuum defectui.

Genitori, Genitrici  
Laudis et jubilationis,  
Salus, honor, virtus quoque  
Sit et benedictio:  
Procedenti ab utroque  
Compar sit laudatio.  
Amen.

## Hymnus S. Joseph.

TE, Joseph, celebrent  
aegmina Caelitum,  
Te cuncti resonent  
Christi adum chori,  
Qui clarus meritis,  
unctus es inclytæ  
Casto federe Virgini.

Almo cum tumidam  
germine conjugem  
Admirans, dubio tangeris  
anxius,

Afflatu superi Flaminis  
Angelus  
Conceptum puerum docet.

Tu natum Dominum  
stringis, ad alteras  
Ægypti profugum tu  
sequeris plagas;

Amissum Solyms quaeris,  
et invenis,  
Miscens gaudia flētibus.

Post mortem reliquos  
mors pia consecrat,  
Palmamque emeritis  
gloria suscipit:

Tu vivens, superis par,  
frateris Deo,  
Mira sorte beator.

Nobis, summa Trias,  
parce precantibus,  
Da Joseph meritis sidera  
scandere:

Ut tandem liceat nos  
tibi perpetim  
Gratum promere canticum.

Amen.





## Hymnus Terilla Regis.

Uexilla Regis prod-  
eunt:  
Fulget Crucis mysté-  
rium,  
Qua vita mortem pertu-  
lit,  
Et morte vitam protulit.  
Quæ vulnerata lán-  
ceæ  
Mucrone diro, criminum  
Ut nos lavaret sórdi-  
bus,  
Manávit unda, et sân-  
guine.  
Impléta sunt, quæ  
côncinit  
David fidéli cármine,  
Dicéndo natióibus:  
Regnávit a ligno Deus.  
Arbor decóra, et fúl-  
gida,  
Ornáta Regis púrpura,

Elécta digno stípité  
Tam sancta membra  
tángere.  
Beáta, cuius bráchiis  
Prétium pepéndit sæ-  
culi,  
Statéra facta córporis,  
Tulitque prædam tár-  
tari.  
O Crux ave spes  
única,  
Hoc passiónis tempore  
Piis adáuge grátiam,  
Reisque dele crimina.  
Te, fons salutis Tri-  
nitas,  
Colláudet omnis spí-  
ritus:  
Quibus Crucis victó-  
riam  
Largiris, adde præ-  
mium. Amen.



## Vesperae Defunctorum.

Absolute incipitur ab Ant.

Placébo Dómino \* in  
regióne vivórum.

Psalmus 114.

**I**lléxi, quóniam  
exáudiet Dó-  
minus \* vocem  
oratiónis meæ.

Quia inclinávit aurem  
suam mihi : \* et in dié-  
bus meis invocábo.

Circumdedérunt me  
dolóres mortis : \* et pe-  
ricula inférni invenérunt  
me.

Tribulatióem et do-  
lorem invéni : \* et no-  
men Dómini invocávi.

O Dómine libera áni-  
mam meam : \* miséri-  
cors Dñus, et justus, et  
Deus noster miserétur.

Custódiens párvulos  
Dóminus : \* humiliátus  
sum, et liberávit me.

Convértere ánima  
mea in réquiem tuam : \*  
quia Dóminus benefé-  
cit tibi.

Quia eripuit ánimam  
meam de morte : \* ócu-  
los meos a lácrymis, pe-  
des meos a lapsu.

Placébo Dómino \* in  
regióne vivórum.

In fine omnium Psalmo-  
rum dicitur :

Réquiem æternam \*  
dona eis Dómine.

Et lux perpétua \* lí-  
ceat eis.

Ant. Placébo Dómino  
in régiónne vivórum.

Ant. Hei mihi Dómi-  
ne, \* quia incolátus  
meus prolongátus est.

Psalmus 119.

**A**d Dóminum cum  
tribulárer clamá-  
vi : \* et exaudivit me.

Dómine libera ánimam  
meam a lábiis iniquis, \*  
et a lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut  
quid apponátur tibi ? ad  
linguam dolósam?

Sagittæ poténtis acú-  
tæ, \* cum carbónibus  
desolatóriis.